

COMPENDIUM  
Cosmographiæ, Guiliel-  
mo Postello autore.

VNIVERSI ORBIS TER-  
ræ Diuisio.



Erreni orbis, uirtute extra natu-  
ralem elemētorum positionem  
agente, facies aperta, medioꝝ  
ex aquæ globo educta, priscis  
quidem sæculis in tres partes di-  
uidi solebat. Nunc autem &  
quarta inuenta, in subiecto nostræ habitationi  
Hemisphærio, circumscriptione quidem amplis-  
sima, quamuis nulla adhuc certa interiorum de-  
scriptione sit exposita. Quinta uerò etiam, & ipsa  
maxima, ad Australem polum pertinens, non nisi  
certa unius sui littoris fide se ostendit: sed tamen  
quæ sensibili argumento, quamuis nōdum inno-  
tuit, permaxima etiam ostendetur. Sic, ut præter  
hec quatuor elementa, Quintum corpus, illis su-  
perius, sua quinta, sibi uidelicet per comparatio-  
nem apposita, figura polygonia, & intra spheram  
sicut & extra collocabili, datur intra Coelum: sic  
& quinquidam terrei orbis faciem Deus uoluit  
distingui. Primam nobilissimamꝝ omnium fa-  
bulosæ memoriæ Asiã, sed uerè Semiã, à Semo  
primo possessore uocare debent. Magnitudine  
sequenti, licet nobilitate inferiori Asiæ, uocabu-  
lum fabulosum Aphricę, quum nuncupatione  
a certa à